

rochiale extet, si de alia intentione non constet, pertinent ad Parochum, idem est si fiant alicui p[ro] imagin[i]. Denique ex privilegio vel consuetudine legitime p[re]scripta, oblationes alteri Ecclesie à Parochiali facta illi Ecclesie, in qua facta sunt, debentur ut est exemplum in cap. cum inter 29. de V. S. lib. 5. tit. 40.

DISPUTATIO XXXVII.

De Juramento & Perjurio.

Juramentum computatur inter externos religionis actus: cum per illud exterius infallibilitatem divinæ veritatis protestemur, quoad etymon nominis videtur derivari à jure, sicut etiam dicitur quandoque jusjurandum, quasi id, quod juratum est, eandem obtineat firmitatem, ac si Jure constitutum esset. Vocatur etiam Sacramentum, eo quod divinum testimonium externo quodam signo assumatur.

QUÆSTIO I.

Quid & quomplex Juramentum?

DICO I. *Assumere Deum in testem dicitur jurare* S. Th. hic Q. 89. A. 1. O. sive Juramentum est invocatio Dei in testem.

*Probat*ur: hæc definitio continet illud, in quo convenit Juramentum cum aliis religionis actibus & in quo differt: convenit enim Juramentum v. g. cum oratione in hoc, quod utrumque sit divini nominis invocatio, differt autem, quod in oratione fiat invocatio ad petendum & impetrandum, in Juramento verò ad fidem faciendam, quæ est finis Juramenti: cum enim particularia hominum facta sufficienter probari nequeant nec per rationem necessariam

Di
cessariam
nos, qu
peignora
eunt: ig
occulta,
nes loqu
trudo al
ad divini
potest m
dam ver
Port
si petere
promissa
esset tene
veritatem
vitam sive
Judicio
tur Deus
scrutabili
sua plac
lo veritat
Duplic
& implic
mediate p
Dei testin
fit mihi D
in promit
to Deo n
ia est, q
bilis addi
quæ non
nii fit, se
cialiter si
lariter De
ccelum,

cessariam, quæ sæpe deficit, nec per testes humanos, qui in dictis suis sunt fallibiles, tum quia sæpe ignorant, tum quia malitiosè falsum sæpe dicunt: ignorant enim homines futura, cordium occulta, vel etiam absentia de quibus tamen homines loquuntur, expeditque rebus humanis, ut certitudo aliqua de iis habeatur; ideo necessarium fuit ad divinum testimonium recurrere, quia Deus nec potest mentiri nec ignorare, ergo ad confirmandam veritatem assumitur divinum testimonium.

Porro non vocatur jurando Deus in testem quasi peteretur à Deo, ut statim ferat rei vel assertæ vel promissæ testimonium per miraculum: quia hoc esset tentare Deum, nec hac intentione ut præcisè veritatem rei assertæ seu promissæ Deus post hanc vitam sive in particulari sive in universali extremo Judicio testetur, sed abstractè & indefinitè invocatur Deus pro ferendo testimonio secundum suum inscrutabile judicium, ut ostendat vel in hac vita, si sit ita placitum fuerit, vel manifestet in futuro sæculo veritatem.

Dupliciter Deus in testem invocatur: explicitè & implicitè; explicita invocatio fit, quando immediatè per verba vel scripturam significatur ipsum Dei testimonium in se v. g. juro per Deum; testis sit mihi Deus; testem invoco Deum vivum; vel si in promissione alteri faciendâ dicatur ita: promitto Deo meo, vel hoc modo sicut credo in Deum ita est, quibus Deus ut specialis author fidei infallibilis adducitur in testem. Implicita invocatio est, quæ non sub expressa significatione divini testimonii fit, sed adducitur talis creatura, in qua Deus specialiter suam gloriam manifestat, sive in qua singulariter Dei attributa relucent: quales creaturæ sunt cælum, terra, Sacramenta &c. Taliter autem ju-

rari posse per creaturas, non quod ipsis tribuatur aliqua infallibilitas, sed prout referuntur ad Deum, cujus attributa in ipsis specialiter relucet, Colligitur ex Matth. 5. ubi prohibet Christus jurare per cœlum, quia thronus Dei est, per terram, quia scabellum pedum ejus est; ergò absolutè per cœlum, terram aliasque creaturas juratur, ut enim ait Innoc. III. in cap. et si Christus 26. de Jurejur. lib. 2. tit. 24. *quamvis non sit per creaturam jurandum: si tamen juratur per creaturam, servandum est quidem, dummodo sit licitum, quod juratur: quia teste veritate, qui jurat in cœlo, jurat in throno Dei & in eo qui sedet super eum.*

Dices: Christus cap. cit. Matth. prohibuit jurare per creaturam; ergò per creaturam non potest jurari.

R. Ex textu Matth. 5. v. 34. non tantum colligi deberet Juramentum per creaturas esse prohibitum, sed omne prorsus Juramentum: inquit enim Salvator: *ego autem dico vobis, non jurare omninò, neque per cœlum &c.* Sicut igitur non prohibuit Christus, nisi ut temerè & sine necessitate non juretur, ità neque prohibuit, ut ex simili necessitate non juretur per creaturas: *quoniam* (ut inquit Pontifex in cit. cap.) *ad juramentum non debet quenquam spontanea voluntas inducere, sed necessitas trahere importuna.* Deinde non debet jurari per creaturas, nisi ut relatas ad creatorem, ut sola veracitas Dei assumatur in confirmationem istius, quod asseritur, & ità Christus per creaturam jurare prohibuit, ne per hujusmodi Juramentum transferretur ad creaturam honorificentia creatoris.

Attamen practicè quoad Juramentum per creaturas observandum est, quod quoties quis jurat per creaturas, in quibus specialiter elucet divina boni-

D.
tas, po
Dei attri
non adsi
fendus sit
rò creatu
specialite
muniter
quam in
lumpta,
meam,
turz pr
vestigia
les videl
nem qua
per le pat
modo car
lumere;
divinæ,
dici Jura
testem.
Ex dict
rum form
eis tacita
meam, p
salutem,
per tacere
ramenta
delum ad
est in his
me abrip
hic enim
dicta ver
nec confe
moni faci
Collige

tas, potentia, sapientia, misericordia, aliudve Dei attributum, nisi ex consuetudine proferendi non adsit intentio invocandi Deum in testem, censendus sit tacite ac implicite jurare per Deum; si vero creaturæ sint viles & abjectæ, ut in his nihil divini specialiter manifestetur, earum pronuntiatio communiter censetur magis in ludibrium seu jocum, quam in seriam divini nominis invocationem assumpta, ut si quis diceret: juro per hanc vestem meam, per capillos meos. Præterea debent creaturæ præcisè adduci in Juramento velut divinitatis vestigia, alias possunt quidem creaturæ intellectuales videlicet Angeli & homines secundum cognitionem quam habent extra verbum adduci in testes, ut per se patet, sed non licet eorum testimonium hoc modo tanquam infallibile super contingentibus assumere; cum talis infallibilitas sit propria scientiæ divinæ, sed invocatio talis testimonii non potest dici Juramentum, quo solus Deus adhibetur in testem.

Ex dictis colliges 1. Quod sub sequentibus verborum formulis contineatur Juramentum: quia est in eis tacita Dei invocatio in testem: juro per animam meam, per meam vitam, per meam vel alterius salutem, per religionem S. Petri S. Benedicti &c. per sacerdotium aliumve ordinem sacrum, per Sacramenta; *Ratio est:* quia secundum communem fidelium assensum relucet in his specialiter Deus. Simile est in his execratoriis formulis: moriar statim, Dæmon me abripiat, si non ita est, vel sic me Deus adjuvet: hic enim loquendi modus idem significat, si mea dicta vera non sint, Deus, quem in testem invoco, nec conservet me in vita nec me adjuvet, sed potius mori faciat, æternisque cruciatibus addicat.

Colliges 2. Non esse seclusâ speciali proferentis intentione

intentione Juramentum si quis dicat: per fidem meam, in fide Christiani, religiosi, Sacerdotis, in mea conscientia seu per meam conscientiam: quia non est implicita divini testimonii invocatio in his verbis: significant enim, quod quis loquatur sicut convenit loqui habenti virtutem fidei sive fidelitatis, volenti asserere secundum suam conscientiam, prout decet christianum, religiosum, Sacerdotem. Neque est Juramentum, si quis signatè dicat, *juro*: nisi ad interrogationem v. g. Judicis respondeat, aut proferat hoc verbum ex intentione confirmandi veritatem alteri assertam, sicut econtra ad Juramentum non requiritur, ut utatur quis verbo jurandi, dummodo utatur vocibus exercitè importantibus invocationem Dei in testem.

Colliges 3. Aliqua esse verba indifferentia, quibus quandoque Juramentum, quandoque verò simplex assertio significatur, in quibus proinde attendendum est ad intentionem proferentis & ad circumstantias, in quibus proferuntur, talia sunt: coram Deo ità est, Deus videt aut scit ità esse, Deus est mihi testis & similia, quæ si ex intentione dicentis sumantur invocativè, verum continent Juramentum; si verò sumantur enuntiativè, quod proferens affirmet, Deum illud, quod dicitur, scire, cognoscere, esse testem, num res se ità habeat, si ve quod in ejus præsentia fiat id, quod agitur, in hoc sensu nullum continent Juramentum.

DICO 2. *Divinum testimonium quandoque inducitur ad asserendum præsentia vel præterita, & hoc dicitur Juramentum assertorium: quandoque autem inducitur divinum testimonium ad confirmandum aliquid futurum, & hoc dicitur Juramentum promissorium* S. Th. hic Q. 89. A. 1. O.

Continet hæc conclusio divisionem Juramenti ex parte

DE
parte m
asserat
jam ext
vocatur
quod Ca
miserit,
rificand
ficium t
in alicuj
ramentu
mentur
teri pæ
faciat n
Jonatha.
Præter
Juramen
Deus in
precatio
veritate
propter r
ditur Jur
testem pr
vel cruci
tali solem
firatem a
asseritur
sum judi
ne ad pro
Canonis
mentum
§. 2. ali
primum
precede
nus dam
affectio

per fidei
dotis, in
m; qui
tio in hi
quatur
ive fidei
cientiam,
erdorem,
icat, jurat
spondeat,
infirmam
Juramen-
jurandi,
tibus in-

parte materiæ, quæ sub invocatione Dei in testem
asseveratur: vel enim res asserta est, secundum quod
jam extitit aut existit, ita ut de illa sit propositio &
vocatur Juramentum assertorium; v. g. testor Deum
quod Cajus homicidium commiserit vel non com-
miserit, vel asseritur aliquid per ipsum qui jurat ve-
rificandum v. g. contractum esse implendum, bene-
ficium huic digno esse conferendum, testamentum
in alicujus favorem esse conficiendum & vocatur Ju-
ramentum promissorium, quo etiam reducitur Jura-
mentum comminatorium, quo minatur aliquis al-
teri pœnam quale erat Saulis 1. Reg. 14. v. 44. *Hæc
faciat mihi Deus & hæc addat, quia morte morieris
Jonatha.*

Præterea ex parte formæ seu modi jurandi dividitur
Juramentum in *simplex*, quo simpliciter invocatur
Deus in testem & *execratorium* cui superadditur im-
precatio mali seu pœnæ sibi suisque infligendæ, si in
veritate defecerit, deinde ex parte ejusdem modi
propter notabilem circumstantiarum diversitatem divi-
ditur Juramentum in *solemne*, quo invocatur Deus in
testem proposito & tacto S. Evangelii codice vel altari
vel crucis imagine; & *simplex* sive *privatum*, quod
tali solemnitate caret. Denique propter hanc diver-
sitate aliud est Juramentum *extrajudiciale*, quo vel
asseritur vel promittitur aliquid sine ordine ad proces-
sum judicium, aliud *judiciale*, quod emittitur in ordi-
ne ad processum judicium, cujus varias legistæ &
Canonistæ adducunt divisiones: aliud enim est Jura-
mentum calumniæ de quo dictum Disp. XXIV. Q. I.
§. 2. aliud dicitur Juramentum in litem & est triplex:
primum veritatis, seu veræ æstimationis, quo læsus
præcedente judicis taxatione jurat se tantum & non mi-
nus damnum passum esse. Alterum est Juramentum
affectionis, quo læsus jurat præcedente judicis taxatio-
ne,

ta, qui-
que verò
roinde ar-
& ad cir-
sunt: co-
Deus
ione di-
nt Jura-
od pro-
r, scire,
abeat, li-
r, in hoc
que indu-
& hoc di-
anum su-
m aliquid
ssorium
mentis ex
parte

ne, se maluisse carere 100. v. g. imperialibus quam tantam injuriam sustinere. Tertium est juramentum super interesse singulari, quo læsus jurat de lucro cessante & damno emergente. Aliud denique dicitur juramentum litis decisivum quod etiam triplex est: primum est *voluntarium* sive *conventionale*, quando partes inter se conveniunt, quod controversiam ortam dirimere velint Juramento, hoc utraque pars recusare potest, sicut etiam transactionem oblatam. Secundum est juramentum *judiciale*, ita specialiter dictum, quod parti defertur à parte adversâ in judicio iudice approbante, quod etiam liberè suscipitur & ab eo cui delatum est, referri potest in defertentem. Tertium est juramentum *necessarium*, quod iudex in defectum probationis vel ex officio vel ad instantiam partis uni ex litigantibus defert.

Q. Quomodo differant hæc Juramenta?

R. In lineâ Juramentum tantum differunt accidentaliter: cum in omnibus illis divinum nomen & testimonium invocetur, & purè materiale est in ordine ad Juramentum, quod hoc vel illo modo fiat divini nominis contestatio, propter circumstantias tamen adjunctas potest Juramentum illicitum aliquando involvere moralitates aliis virtutibus oppositas; nam imprimis si Juramentum fiat per Sacramenta cum ignominiosâ eorundem nominatione vel etiam per Christi membra ignominiosè prolata, simul est specialis malitia Blasphemix, quæ in confessione explicari debet; deinde si quis in judicio interrogatus de rei veritate perjuret, præter hujus malitiam est malitia inobedientix adversus superiorem, vel injustitiæ legalis, aut si violetur jus tertii, injuriæ justitiæ commutativæ oppositæ; sic etiam Juramentum execratorium, si falsum juretur, involvit duplicem malitiam oppositam nempe religioni & charitati, cum falsum jurando non tantum sit perjurus sed etiam faciat

se reum pœnæ à Deo infligendæ & licet sibi optare pœnam à Deo justè infligendam ob scelus jam Patratum non sit specialiter malum, attamen hoc petendo se facere reum culpæ, ob quam justè divina vindicta infligi potest, est specialiter malum & charitati oppositum, præcipuè si quis alterum v.g. parentem vel filium execretur.

Si dicas: Non seriò imprecatur malum sibi, qui execratoriè jurat, si enim interrogaretur: an velit sibi vel personis, quibus imprecatur, tale malum inferri, responderet contrarium, aut si seriò imprecetur, petit justam à Deo vindictam injuriæ Deo factæ per hoc, quod adhiberetur in testem falsi, quod non malum, sed bonum est.

Contra est, quod si non seriò ex animo imprecetur malum, non est verè sed tantum fictè execratorium, loquitur autem hypothesis de Juramento verè execratorio, quo si juret falsum non petit justam vindictam nisi dependenter ab isto actu, quo se justæ vindictæ obnoxium facit, ponitque simul conditionem sub quâ, si placuerit divinæ voluntati, ipse sibi aut aliis vult malum infligi.

QUÆSTIO II.

Quando Juramentum sit licitum, religiosum & obligans?

Juramentum est quidem actus religionis, si debitæ adsint circumstantiæ, attamen quia sæpe vel deest necessitas, vel debita materia, super quâ juratur, illud quod de se bonum est, utenti fit malum: unde Innoc. III. in cap. etsi Christus 26. de jurejur. *Juramentum per se quidem malum non est, cum sit confirmatio veritatis, sed tamen prohibetur ex causâ, quoniam ex frequenti & incautâ juratione perjurium sæpe contingit: sicut in Ecclesiastico legitur: vir miltum jurans*

*jurans replebitur iniquitate & non discedet à domo ejus
plaga.*

DICO I. *Ad bonum usum Juramenti duo requiruntur, primò quidem quod aliquis non leviter, sed ex necessariâ causâ & discretè juret... secundo quantum ad id quod per Juramentum confirmatur; ut scilicet neque sit falsum neque sit aliquid illicitum. S. Th. hic Q. 89. a. 3. O.*

Explicatur conclusio: Assumere nomen Dei in confirmationem veritatis intantum est licitum & religiosum, in quantum pertinet ad Dei reverentiam: teste enim Apost. ad Hebr. 6. homines per majorem jurant, agnoscentes videlicet in eo quandam excellentiam; atqui si sine necessariâ causâ leviter & temerè nomen Dei assumatur ad confirmandam veritatem, & multò magis si eo invocato confirmetur id, quod est falsum aut illicitum, non pertinet ad reverentiam Dei, sed graviter Deus in honoratur; econtrà si cum discretione ex justâ necessitatis aut utilitatis causâ juretur illud, quod verum & licitum est, ipsum Juramentum licitum est ut Probatur: tum ex S. scripturâ in quâ Gen. 22. Angelus in personâ Dei: Per me metipsum juravi dicit Dominus. Deut. 6. v. 13. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli servies ac per nomen illius jurabis. Pl. 14. v. 4. Laudatur is, qui jurat proximo suo & non decipit. Pl. 62. v. 12. Laudabuntur omnes, qui jurant in eo. Il. 45. v. 24. prædicatur. Mihi curvabitur omne genu, & jurabit omnis lingua. Idem prædicat Jeremias cap. 12. v. 16. In novâ lege juravit Apostolus Rom. 1. v. 9. Testis mihi est Deus, cui servio &c. 2. Cor. 1. v. 23. Ego autem testem Deum invoco in animam meam, quod parcens vobis &c. Philip. 1. v. 8. Testis enim mihi est Deus, quomodo &c. Tum ex S. Aug. qui Epist. 89. in fine: sit in ore nostro est, est: non, non: si-

cur

cut Dominus monet, non quia peccatum est verum jurare, sed quia gravissimum peccatum est falsum jurare; accedit ratio: quia Juramentum debitè qualificatum oritur ex fide, quâ homines credunt, quod Deus habeat infallibilem omnium & universalissimam cognitionem; finiunturque tandem per Juramentum omnes humanæ controversiæ ut Paulò inferius de Juramentis judicialibus videbitur, quæ alias terminari per ordinarias probationes non possunt.

Deinde homines, qui sæpe aliarum virtutum honestatem non adedò æstimant aut opposita vitia horrent, propter reverentiam divini nominis cohibentur nonnunquam imò frequenter à malitiâ, ut propterea merito mediis Juramentis ad aliquas obligationes ab Ecclesiâ astringantur, aliquos errores aut hæreses ejurare compellantur, ut justè damnata sit 101. quenelli propositio: *Nihil spiritum Dei & doctrinæ Jesu Christi magis opponitur, quam communia facere Juramenta in Ecclesiâ, quia hoc est multiplicare occasiones pejerandi, laqueos tendere infirmis, & idiotis, & efficere, ut nomen & veritas Dei aliquando deserviant consilio impiorum*, quâ propositione perstringere voluit author præceptum ab Ecclesiâ datum jurandi formulare Alexandri VII. de propositionibus Jansenii, ut Jansenismo omnis aditus præcluderetur.

Ex quibus patet, qualiter ad Juramentum licitum & religiosum tres requirantur comites ex illo Jerem. 4. v. 2. *Jurabis: vivit Dominus in veritate & in iudicio & in justitiâ.*

Primò quidem exigitur veritas ne infallibilis Dei veritas adhibeatur in testem falsitatis, unde oportet, ut quis in Juramento assertorio rem non aliter affirmet, quam prout eam cognoscit, sicque si existimet rem esse certam, pro certâ, si vero probabilem seu dubiam putet, nonnisi pro probabili vel dubia affirmet. In

2. 2. Theol. Schol. Pars posterior. D d pro-

promissorio autem Juramento necessarium est, ut sit veritas tam penes animum jurandi, quam circa effectum rei promissæ adimplendæ, si enim vel non sit verus animus adimplendi vel promittendi, vel si in executione rei promissæ jurans postea deficiat, hoc ipso erit defectus veritatis seu fidelitatis Juramento contestatæ.

Secundò debet adesse judicium, non prout significat judicialem coram tribunali factam discussionem, sed ut discretionem importat, quâ attendatur, an sit verum quod juratur, simulque justa causa jurandi, etiam ut cum debitâ reverentiâ Dei testimonium non adinstar alterius cujusdam proferatur.

Tertio justitia intervenire debet non tantum in Juramento promissorio sed etiam assertorio; in promissorio quidem Juramento requiritur, ut tam id, quod promittitur faciendum, sit justum ac honestum, quam ut ipsa promissio, quæ firmatur Juramento, sit justa & honesta; attamen in juramento assertorio non statim intervenit injustitia, si res, super quâ juratur, in seipsâ fuerit injusta, sed si modo injusto fiat assertio. Sic enim sanctis licet etiam juramento affirmare, quod injustè Patratum fuit; sed injustitia juramentum assertorium vitians est, si juramentum assumatur ad finem firmandi alterum in pravâ voluntate, veluti, si detrahens proximo hanc detractionem firmet juramento, ac itâ faciat, ut audientes in fide temerè concepta super proximi diffamatione magis firmentur, in quo casu etiam juramentum assertorium assumitur velut firmamentum iniquitatis, ex quo magna fit irreverentia contra Deum, qui religiosè tantum invocari debet in testem.

Q. 1. Quale peccatum sit defectus horum comitum in juramento assertorio?

R. 1. Defectus veritatis (prout est in existimatione jurantis, ita ut aliter juret, quam judicet rem esse v.g. dubiam

De
dubiam pr
tam gravi
mittat parv
culetur à
inadvertent
ris est irres
item etiam
2. Defe
dus est ex
tum ob tal
v. g. si qui
credant.
tum quoque
à se Patratu
rel patrandu
se credant
3. Defect
non videtur
omen Dei
his sit veru
pugnet grav
periculum,
de debitâ circ
Q. 2. Qua
quod ex req
R. 1. Defe
quoque promit
tam deesse ve
mittendi vel
que gravis est
notam, ac
quod illam ra
torium; p
mento prom
gravis in Deo

dubiam pro certâ affirmando) in juramento assertorio tam gravis est ut nullam ex parte rei juratæ admittat parvitatem materiæ, ut ex hoc capite nunquam excusetur à peccato mortali, sed tantum ob defectum inadvertentiæ vel plenæ libertatis excusetur; quia gravis est irreverentia divinam veritatem adhibere in testem etiam minimi falsi.

2. Defectus justitiæ in juramento assertorio pensandus est ex fine, si hic sit mortaliter malus, juramentum ob talem finem assumptum erit mortaliter malum, v. g. si quis graviter detrahens juret, ut alii sibi magis credant. Si vero finis sit venialiter malus, juramentum quoque erit venialiter malum v. g. si quis facinus à se Patratum jactans, non ut alios in simile facinus vel patrandum vel approbandum inducat, sed ut illud de se credant, juret.

3. Defectus judicii (modo adsit justitia & veritas) non videtur continere gravem irreverentiam, ideo quod nomen Dei sine utilitate & necessitate assumere modo alias sit verum & licitum illud, quod juratur, non repugnet graviter religioni nisi ob temeritatem illam sit periculum, ne etiam falsum aut illicitum sit, quod sine debitâ circumspectione juratur.

Q. 2. Qualiter peccetur, si juramento promissorio aliquod ex requisitis desit?

& 1. Defectus justitiæ & veritatis in juramento quoque promissorio ex genere suo est mortale, potest enim deesse veritas, quia jurans non habet animum promittendi vel promissionem adimplendi, & in hoc æquè gravis est irreverentia contra divini testimonii auctoritatem, ac in juramento assertorio falso: cum quoad illam rationem juramentum promissorium sit assertorium; potest deesse justitia per hoc, quod res juramento promissa sit graviter mala, & tunc itidem est gravis in Deum irreverentia

2. Si verò res, quæ sub juramento impleri promittitur, sit de se venialiter mala, defectus justitiæ est leviter malus ob parvitatem materiæ: quia rem talem jurans non videtur gravi Deo irreverentiam facere, volens se autoritate ipsius interpositâ firmare in voluntate peccandi venialiter.

Dices: Gravis hæc est irreverentia, licet impletio illius juramenti in eo, qui credit sic juratum esse implendum, sit levis: tum quia divinâ autoritate se firmans ad faciendum etiam leve malum ostendit illud à Deo approbari; tum quia non debet juramentum tale exequi, ac ità idem est ac si falsum juraret; tum quia jurans scienter impossibile, quia non habet propositum exequendi & ità falsò jurat, peccat mortaliter; peccatum autem veniale reputari debet impossibile.

3. Ad 1. quod rem venialiter malam jurans non sit censendus, quod Deum velit adducere in rei ejusmodi cooperatorem neque ità executionem illius rei firmare, quasi Deus autoritate suâ illud malum probaret; si enim hoc scienter faceret, peccaret mortaliter: sed vult animum suum qualitercunque firmare, credens omne, quod sub juramento promittitur, deberè esse immutabile, quod non videtur continere gravem divinæ autoritatis irreverentiam.

Ad 2. Conceditur, quod non debeat tale juramentum exequi, sed non nisi sub peccato veniali, nisi sciens & cognoscens hoc juramentum non obligare & non esse implendum, præcisè illud exequatur, quia juratum est: esset enim gravis Blasphemia velle illud ad reverentiam Dei ordinare, quod scitur esse contrà Dei reverentiam. Ex hoc tamen non sequitur, quod idem sit ac si falsum juraret, cum revera habeat animum faciendi illud, quod jurat, licet nec animum illum habere nec jurare debeat, & hinc dupliciter peccet.

Ad 3. Disparitas est: quod ille, qui scienter jurat aliquod

De
aliquid im
tatem illo
jurat illud
licet illicita
DICO
obligatur ad
leatur, si
cum, &
Probatur
nar vota &
rum votu
mento; n
quod prom
Domino tu
Q. 89. a. 1.
Deo, ex he
Deinde
non esse tel
mod jurat,
quantum est
vit esse ver
tam assum
omen Dei i
quod juravit
d, quod jur
aria Jurame
is est: si ali
mittere, ne
quod non l
ordines aut
tio propter
tanda est c
to, quod
quidem nul
tu, se male

aliquid impossibile de facto, non potest habere voluntatem illud exequendi, & ideo falsum jurat, qui verò jurat illud, quod de jure impossibile est, habet veram licet illicitam voluntatem exequendi.

DICO 2. *Quicumque jurat aliquid se facturum, obligatur ad id faciendum, ad hoc, quod veritas impleatur, si tamen alii duo comites adsint scilicet iudicium, & justitia.* S. Th. hic Q. 89. a. 7. in O.

Probatur: Imprimis ex S. scripturâ, in quâ parificantur vota & juramenta ut Num. 30. v. 3. *Si quis virorum votum Domino voverit aut se constrinxerit juramento: non faciet irritum verbum suum, sed omne, quod promisit, implebit.* Et Matth. 5. v. 33. *Reddes Domino tuo juramenta tua* quod ita exponit S. Th. hic Q. 89. a. 1. ad 2. *Dicitur aliquis reddere juramenta Deo, ex hoc, quod implet illud, quod jurat.*

Deinde *Ratio est:* obligatur jurans, ut faciat Deum non esse testem falsitatis, atqui si non impleat illud, quod jurat, facit Deum esse testem falsitatis, videlicet quantum est de se: cum sub divino testimonio affeveravit esse verificandum à se, quod non verificat; unde etiam assumit contra secundum decalogi præceptum nomen Dei invanum; ergò tenetur jurans implere, quod juravit, si adsit iudicium videlicet, ut discernat an id, quod jurat, implere possit, deinde justitia, ut materia Juramenti sit licita nempe nec per se mala, qualis est: si aliquis juret homicidium vel adulterium committere, nec majoris boni impeditiva v. g. si quis juret quod non sit ingressurus religionem, vel suscepturus ordines aut etiam prælaturam, quando illius acceptatio propter commune bonum necessaria est. Ubi notanda est differentia inter Juramentum de malo & de eo, quod majus bonum impedit, quod utrumque quidem nullam inducat obligationem, verum qui jurat, se mala esse facturum, & peccat jurando, & ju-

ramentum servando; sed jurans, se non esse facturum melius bonum, peccat quidem jurando in quantum ponit obicem Spiritui Sancto, qui est boni propositi inspirator, non tamen peccat Juramentum servando, licet multo melius faciat, non servando. Deinde notandum quoad possibilitatem materiæ, si illa per nos non sit possibilis, sed per alium arbitrio nostro non subiectum, Juramentum saltem obligat ad procurandum, ut per alium hoc fiat, quod juratum est, si verò absolutè sit impossibilis, nullo modo potest Juramentum obligare: quia ad impossibile nulla potest esse obligatio. Ex his

Inferitur 1. Juramentum de re illicitâ etiam venialiter malâ esse ipso jure nullum: quia juramentum nequit esse vinculum iniquitatis cap. quanto 18. de jurej. lib. 2. tit. 24. & non est servandum, si vergat in salutis æternæ dispendium, licet autem peccatum veniale non contrarietur æternæ saluti eam reddendo inassequibilem, attamen ponit obicem ingressus in vitam æternam.

Nec obstat: Quod in cap. cum quidam 12. §. illi verò. De jurejur. dicatur, quod illi, qui jurant Patri vel Matri non loqui, neque eis subvenire, absolvendi sint ab observatione talis juramenti; quia absolvere ibidem non significat relaxationem vinculi sive obligationis sed declarationem nullitatis sive nullam esse obligationem.

Inferitur 2. Juramenta de rebus omnino indifferentibus, quæ fiunt non in favorem hominum, sed soli Deo, non esse obligatoria, nisi propter adjunctas circumstantias fiant honestæ, talia enim Juramenta æquiparantur votis, hinc ut obligent, debent cedere in honorem Dei, rerum autem indifferentium executio non cedit in honorem Dei. Unde sicut votum de re indifferenti nullum est, ita etiam tale juramentum non acceptatur à Deo ad ullam obligationem, nisi ob aliquam circumstantiam fiat res honesta.

Nec

De
Nec di
netar acti
Contra
norem De
aliquam in
Dei condu
non tribui
infertur
Reipublic
bens libe
quis ante
fore den
gat, est
to possit
quis ex affe
seu correct
ramentum
licet vindic
Inferitur
usjurand
um, quæ a
is contrarie
materia se te
ctus jurand
quod nullum
superiore pr
um, licet
idum est,
jurata si v.
to promitt
rius Juran
poteat sine
valeret, e
Inferitur
vatis, se

Nec dicas: Sola intentio implendi Juramentum honestat actionem aliàs de se indifferentem.

Contra enim est: quod ut res possit ordinari in honorem Dei, debet habere ante istam ordinationem aliquam in se formalitatem, sub quâ ad honorem Dei conducit, quam sola intentio Deum honorandi non tribuit.

Infertur 3. Juramentum cedens in detrimentum Reipublicæ seu pugnans cum honestate virtutis seu præbens liberio rem occasionem peccandi, veluti esset, si quis ante patratum delictum alteri promitteret, non fore denuntiandum seu accusandum, nullatenus obligat, etsi vero juramentum de vindicando scelere patrato possit esse actus virtutis, attamen quando jurat aliquis ex affectu vindictæ; non autem ob boni publici seu correctionis ipsius delinquentis desiderium, tale juramentum non est obligatorium. quia est de malo videlicet vindictæ privatæ causâ faciendâ accusatione.

Infertur 4. Juramentum factum contrâ votum vel jusjurandum vel etiam contrâ promissionem priùs editam, quæ adhuc obligant, est invalidum, modo talis contrarietas non ex parte actus jurandi sed ex parte materiæ se teneat, tunc autem contrarietas est ex parte actus jurandi si v.g. prius aliquis vovisset vel jurasset, quod nullum deinceps velit emittere Juramentum, nisi superiore priùs consulto, quo casu posterius Juramentum, licet sit illicitum, si tamen sit de re honestâ, validum est, tunc autem est contrarietas ex parte materiæ juratæ si v.g. aliquis post castitatis votum sub Juramento promittat alicui puellæ conjugium, & tunc posterius Juramentum est invalidum: quia res jurata non potest sine violatione voti impleri, consequenter si valeret, esset vinculum iniquitatis.

Infertur 5. Juramentum, quod non ex parte jurantis, sed illius, cui factum est, turpitudinem continet,

tinet, à Jurante in reverentiam divini nominis est ex-
solvendum, nisi remittatur ab illo, cui est præstitum
(ad quod etiam à superiore astringi potest) aut nisi su-
perior Ecclesiasticus obligationem Juramenti sustulerit,
exemplum est in mutuario, qui juravit solvere usuras
vel solutas usuras non repetere: hic enim propter ne-
cessitatem licitè & sine peccato solvit, quod alter sine
peccato exigere & retinere non potest.

Q. 1. An obliget Juramentum fictè emissum?

R. In vi Juramenti non obligat: quia Juramen-
tum consistit in voluntate invocandi Deum in testem
exteriùs manifestatâ, quæ voluntas est de essentia Jura-
menti; ergo hâc voluntate deficiente non obligat Ju-
ramentum attamen per accidens obligatur quis in simili
casu ad rem Juramento putatitio confirmatam nempe
ratione scandali, eo quod ipsa divini numinis reveren-
tia exigere videatur, ut impleatur, quod ab aliis cre-
ditur divino roboratum testimonio, imò si quis fictè
juret, ad quod metu gravis damni compulsus non fuit,
& per hoc fictum Juramentum alteri gravis damni cau-
sa fuit, illud ex justitiâ secundum alibi dicta reparare
tenetur, nisi irrationabiliter ab alio Juramentum fue-
rit petitum, quo casu præsumi debet, quod tantum
ore juraverit, eodem modo si non sit animus obligan-
di, juramentum non subsistit: quia Juramentum pro-
missorium est accessorium promissioni; at qui sine animo
se obligandi (benè tamen sine animo non implendi
rem promissam) non subsistit promissio; ergo nec Ju-
ramentum. Porro si quis irrationabiliter ad jurandum
compellatur, potest uti verbis æquivocis & amphibo-
logicis in sensu, quem verba verè habent, licet eundem
s, cui juratur, non percipiat, & Juramentum obli-
gat secundum intentionem jurantis & secundum sen-
sum quem verba faciunt in animo jurantis secundum
illud Greg. M. lib. 26. moral. cap. 7. relatum Can. 1. r.

Caus.

Caus. XXII. Q. 5. *Humane aures verba nostra talia judicant, qualia foris sonant. Divina verò judicia, talia ea audiunt, qualia ex intimis proferuntur; si verò aliquis spontè offerat juramentum vel secundum ordinem Juris compellatur ad jurandum, debet habere animum jurandi in sensu, quem intelligit ipse jurans juxta S. Th. hic Q. 89. A. 7. ad 4. Dicendum, quod quando non est eadem jurantis intentio, & ejus cui jurat, si hoc proveniat ex dolo jurantis, debet juramentum servari secundum sanum intellectum ejus, cui juramentum prestatur; unde Isidorus dicit: quacunque arte verborum quis juret, Deus tamen, qui conscientia testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit; & quod hoc intelligatur de dolofo Juramento patet per id, quod subditur. Dupliciter reus fit qui & nomen Dei invanum assumit & proximum dolo capit.*

Q. 2. An obliget Juramentum seriò sed ex metu gravi factum?

R. Licet jus civile tale Juramentum ex metu gravi factum irritet, nihilominus in hoc correctum est à jure Canonico cui in materia Juramenti standum est, ita enim in Cap. si vero 8. de Jurej. expressis verbis deciditur: si Juramentum metu extortum servari potest sine interitu salutis æternæ servandum esse, quamvis Ecclesia Romana consueverit à tali Juramento absolvere & in Cap. verum 15. eod. tit. Sancitur à Juramento per metum extorto Ecclesiam solere absolvere, quamquam ejus transgressores ob hoc non sint tanquam pro mortali crimine puniendi, quæ verba non significant, quasi transgressores illius Juramenti non peccent in foro conscientia mortaliter, cum revera gravem Deo irreverentiam inferant, sed quod in foro externo ut tales non corrigantur & puniantur; quare præstito tali Juramento unicum contra vim & metum superest remedi-

um, ut vel relaxatio à superiore petatur vel Juramento jam impleto res, cujus facta est cessio, reperatur ex Cap. cum ad audientiam 4. de his quæ vi metusve lib. 1. tit 40.

Q. 3. An & qualis error irritet obligationem Juramenti?

R. Omnis & solus error irritans contractum etiam irritat obligationem Juramenti: quia Juramenti obligatio non potest extendi ultrà intentionem jurantis; sed jurans servare contractum, quem ex errore celebravit, non potest habuisse intentionem super eâ re, quam ignoravit, & hinc in quantum error inducit involuntarium in ipso contractu, intantum etiam est detectus intentionis in jurante ad se non obtrahendum tali Juramento, unde in Ordine ad Juramentum, sicut etiam ad contractus differt error à metu, quod error tollat consensum, errantis enim nullus est consensus, sed metus relinquit consensum: hinc absolutè vitiat Juramentum error antecedens vel concomitans, si sit circà substantiam istius, quod promittitur, sicut vitiat contractum: quia non potest extendi Juramentum super id quod non est cogitatum. Econtrà si error sit circà aliquid accidentale, sicut non est irritus contractus de jure naturæ, ità Juramentum non est irritum: quia error circà qualitatem non tollit notitiam substantiæ, quæ sufficit ad jurandum. Nisi qualitas transeat in substantiam, aut afficiat ipsum objectum, ità ut cum substantia constituat unum aliquod à jurante simul intentum, aut jurans substantiam non nisi per talem qualitatem designatam voluerit.

Q 4. Utrum omne Juramentum promissorium de re honestâ & possibili obliget sub peccato mortali?

R. Sententia distinguens inter materiam gravem & levem, ut in materia gravi graviter, & in materia levi sub peccato veniali obliget, videtur probabilior: quia

ma.

materia illa absolute est levis, nec fit gravis prout sub-
 stat Juramento promissorio: quod ita ostenditur: si
 materia de se levis formaliter ut substat Juramento
 promissorio, fieret gravis, esset ideo, quia si non im-
 pleretur, adhiberetur Deus in testem falsi, quae est po-
 tissima oppositae sententiae (quae revera probabilis est)
 ratio, sed non implendo Juramentum promissorium
 Deus non adhibetur in testem falsi: quia Deus adhibe-
 tur in testem, quando juratur; tunc autem non erat
 falsum quod jurabatur: quia revera habebat Jurans
 animum promittendi & promissum exequendi & con-
 sequenter Deus adhibebatur in testem veri, quando
 vero fit executio non invocatur Deus in testem, et si
 executio illa omittatur, mutato animo infideliter aut
 injuste illud, quod sub divina auctoritate promissum
 est, non impletur, ergo si hoc sit leve leviter, & si sit
 grave graviter contra Religionem Juramenti agitur:
 nec est paritas quoad hoc inter Juramentum asserto-
 rium & promissorium, licet enim in Juramento asser-
 torio res parva sit, falsum tamen jurans, dum jurat
 mentitur, & ita confirmat mendacium Juramento,
 e contra non exequens rem levi Juramento promissam
 non confirmat mendacium Juramento.

Dices: sicut in Juramento assertorio formaliter addu-
 cit falsum jurans etiam in re levi Deum in testem falsi, ita
 non implens in re levi Juramentum promissorium vir-
 tualiter adducit Deum in testem falsi: quia pro tempore
 executionis erat verificandum Juramentum, & assevera-
 vit jurans invocato Deo in testem illud fore verum. Ac
 ita tunc cogitans de suo Juramento virtualiter asserit ve-
 rum jam esse, quod promissit, sicut in Juramento as-
 sertorio formaliter dicit esse verum, quando jurat.

&c. Negando paritatem, ad cujus probationem dico:
 quod non implens rem promissam non agat aut loqua-
 tur contra mentem, sicut falsum asserens, sed solum

men-

mentem mutat, quæ mutatio cum sit in re exigua non videtur esse grave peccatum, licet Deus sit vocatus in testem; non enim est vocatus in testem executionis, sed promissionis & obligationis ad exequendam; ergo dum non exequitur non adscribit Deo falsitatem.

Ex hac sententia inferitur, quod Juramenta, quæ emittuntur in admissione ad collegium aliquod, in susceptione officii &c. obligent pro diversitate materiæ, ut videlicet graviter obligent ad ea, quæ notabilem cum fine, ad quem ordinatur materia Juramento promissa, habent connexionem, ad ea vero obligent leviter, quæ non notabilem cum tali fine habent connexionem, cum in opposita sententia vix possit dari ratio, quare tales non in omni neglectu aut violatione officii sui, sub qua memores sunt Juramenti præstiti, peccent mortaliter, quod certè videtur difficile.

Q. 5. An obligatio Juramenti etiam transeat ad successores?

R. Obligatio Juramenti in vi Juramenti nequit transire ad successores; obligatio enim Juramenti est personalis, nullus enim potest inducere obligationem, quæ præcisè ab animo alterius oriri debet; sed ratione rei in contractum Juramento confirmatum deductæ transit Juramentum ad successores, ut illi non ex religione sed ex justitia obligentur; quia adiens hæreditatem se obligat ad omnia Juramenta & vota successoris exsolvenda; undè juramenta de dandis Eleemosynis non verò de dandis usuris tenetur hæres exequi; ex parte verò istius, cui Juramentum est præstitum, est etiam ipsius successoribus servandum, sic Juramentum fidelitatis transit ad successores, etiamsi horum non sit facta expressa mentio cap. veritatis 14. de Jurej. in quo

Clemens

Clemens III. ita relabit regi Siciliae: *Catholicis successoribus nostris, qui pro tempore fuerint, & hominibus, & fidelitatis puritatem, nihilominus ac si jurassent, omni tempore teneantur absque tergiversatione aliqua fideliter observare, similiter pactum cum alio initum intelligitur factum cum ejus quoque haerede, etiamsi hic non fuerit expressus l. si pactum 9. ff. de probat. lib. 22. tit. 3. nisi aliunde de contraria intentione constet, ratio in eadem l. additur: quia plerumque tam heredibus nostris, quam nobismetipsis cavemus, hinc non ex eo capite, quod Juramentum non extendatur ad successores, sed propter firmandam Juramenti fidelitatisque ac obedientiae recordationem solet exigi, ut novus successor noviter se constringat jurejurando, nam in cit. cap. veritatis. In successore feudatario non exigitur renovatio Juramenti, sed feudi duntaxat recognitio.*

Q. 6. Quam vim habent Juramenta judicialia litis decisiva & à quibus & qualiter praestanda?

R. 1. Judex pro eo, qui in Judicio legitime jurat, debet ferre sententiam; quia probavit, est enim Juramentum specialis quaedam & privilegiata probatio, quae in defectum aliarum probationum adhibetur, ut si aliter de veritate constare non possit, credatur propriae jurantis confessioni, modo illud Juramentum legitime in judicio ad delationem vel partis vel Judicis emittatur, sponte enim se offerens ad jurandum redditur suspectus. Defertur autem potest Juramentum voluntarium sive conventionale litis decisivum ab omnibus & solis illis, qui liberam habent rerum controversarum dispositionem, & ab illis solis acceptari, quia hoc Juramentum ex conventionione defertur, & habet se per modum transactionis; ideo pupillus, minor, prodigus

digus declaratus, filiusfamilias, servus, religiosus Juramentum decisivum litis offerre non possunt, potest tamen deferri omnibus, qui ex conventionne sibi vel aliis actionem vel exceptionem quære possunt sine differentia sexus ætatis vel conditionis.

2. Juramentum necessarium sive autoritate Judicis delatum est præstandum, nisi reus justam reculandi causam habeat v. g. ignorantiam vel probabilem oblivionem, nisi etiam actor nihil probasset, aut jam plene probasset, priore casu reus absolvi, posteriore condemnari debet, quia Juramentum judiciale solum est in defectum probationum cap. 2. de probat. attamen si actor statim ab initio litis reo Juramentum deferat, reus cogitur aut jurare, aut Juramentum actori referre, & si neutrum faciat, habetur pro convicto.

3. Juramentum suppletorium, quod Judex defert actori, qui semiplenè probavit, ut ejus adminiculo probatio compleatur, defertur non tantum ad instantiam partis litigantis, sed etiam ex officio, si id Judex expediens vel æquum judicaverit, cujus Juramenti effectus est, quod probationem imperfectam perficiat, ita ut sententia debeat ferri pro eo qui juravit. Excipiuntur aliquæ causæ, in quibus non est locus Juramento suppletorio; ita in causis valdè arduis & præjudicabilibus, ut causa matrimoniali, causa beneficiæ, in qua agitur de ipso beneficio, causa criminali non potest Judex in defectum probationum reo deferre Juramentum suppletorium. *Ratio est*: quia in his casibus, propter suspicionem perjurii, Juramentum non facit semiplenam probationem, sed tantum indicium & præsumptionem, quod maximè in causis criminalibus tenet, in causa enim criminali ad condemnandum

reum

reum requiruntur probationes plenissimæ five luce meridiana clariores.

4. Non tantum auctori suppletorium, sed etiam aliquando reo Juramentum purgatorium deferendum est, pro quo non potest certa regula generalis dari, quando Judex auctori non nisi semiplenè probanti Juramentum suppletorium in defectum probationis, aut quando reo in sui purgationem Juramentum purgatorium deferre debeat, sed id relinquitur arbitrio prudentis Judicis juxta cap. ult. §. sanè de jurej. in criminalibus tamen non potest Judex reo absque præcedentibus indiciis, infamiâ ; gravibus suspitionibus imponere Juramentum purgationis.

Denique ne cum detrimento Ecclesiæ, aut in dispendium salutis aliquando lateat veritas, in causis ulurarum, vel alia simili, in qua vertitur periculum animæ, potest Judex in qualibet parte litis partibus injungere Juramentum de dicenda veritate, cogendo istas ad illud præstandum etiam per censuras.

QUÆSTIO III.

De Obligatione Juramenti & quomodo tollitur?

EX dictis priore Quæst. sufficienter constat, quod Juramentum obliget, si cum discretionè de re possibili & honestâ sit emissum, tria autem hic resolvenda sunt. 1. Quousque se hæc obligatio extendat & qualiter in dubio sit interpretanda. 2. An major sit obligatio Juramenti, quam voti. 3. An & à quo possit obligatio Juramenti tolli.

DICO 1. *Obligatur homo, ut faciat esse verum id, quod juravit, secundum suam possibilitatem: nisi in ætatiorem exitum vergat S. Th. hic Q. 89. A. 7. ad 1.*

Explicatur & probatur Conclusio: eousque se extendit obligatio Juramenti promissorii, quousque extenditur

extenditur promissio vel alius contractus; atqui cessat obligatio promissionis, si materia fiat impossibilis vel illicita, ergo etiam cessat obligatio Juramenti promissorii, neque tantum cessat obligatio ob mutationem materiæ, sed etiam ob defectum intentionis in jurante, quæ quia præsumitur fuisse talis, ut voluerit se obligare ad minimum, & secundum legalem Juramentorum interpretationem, nisi aliundè constet manifestè de alia jurantis intentione, hinc juramenta dubia sunt imprimis generaliter strictè interpretanda juxtà verba Innoc. III. in cap. ad nostram 21. de jurej. *nos Juramentum tuum benignius interpretari volentes.*

Deinde Juramentum additum proposito vel promissioni alicui pro majori confirmatione interpretandum est juxtà naturam actus, super quo cadit; quia tunc Juramentum tanquam accessorium sequitur naturam principalis; quare omnes restrictiones & conditiones, quas de jure vel receptâ consuetudine habet promissio vel propositum jurejurando firmatum, censendæ sunt inexistere quoque Juramento confirmatorio, undè qui se obligavit sub Juramento ad aliquid præstandum, si ex altera quoque parte sibi servetur certa quæpiam conditio, altero non servante fidem nec ille tenetur ex vi Juramenti, in Juramento fidelitatis semper intelligitur illa conditio, si tuum vel tuorum vel Ecclesiæ Jus repetere vel defendere necesse fuerit arg. cap. petitio; 1. de jurej. Juramentum de parendo Judicis sententiæ non excludit appellationem, si quis injustè gravatum sentiat ex arg. cap. pro ut nobis 4. de dolo lib. 2. tit. 14. sicut etiam Juramentum de stando sententiæ arbitri sub certa pœna probabiliter solum obligat sub disjunctione vel ad pœnam vel ad standum sententiæ. Jurans de domas conductore non expellendo

do non oblig
ne domus. Ju
vendum, pri
Jurans non t
absque collate
si voluerit reli
tio sit tacitè s
Denique re
his intentione
Juramentum
1. tit. 9. cap.
17. de jurej. c
entionem, c
otabiliter mu
ant, si puella
non amplius t
imico novam
DICO 2.
rium, quam f
Conclusio exp
obligatio in Ju
atur in testem
gis Deus coi
illa non imple
Deo debitus
olatione, assu
onor subtrahit
obligatio Juram
ocato Deo in t
obligatione
litate, quam l
dus, obligati
reverentia,
entiam; maju
ta Deum, quat
2.2. Theol. Sci

do non obligatur non solutâ per biennium pensione domûs. Jurans fidejussionem non tenetur ad solvendum, priusquam excutiatur principalis debitor. Jurans non resignare vel commutare beneficium absque collatoris vel ordinarii consensu non tenetur, si voluerit religionem ingredi, eò quod ista conditio sit tacitè subintellecta.

Denique re, super qua juratum est, secundum jurantis intentionem notabiliter mutatâ non obstringit Juramentum ex cap. cum inter 2. de renuntiat. lib. 1. tit. 9. cap. petitio 3 1. cap. veniens 16. cap. brevi 17. de jurej. quia Juramentum non obligat ultrâ intentionem, quam non præsumitur habuisse rebus notabiliter mutatis, hinc sponsalia jurata non obligant, si puella fuerit fornicata; pace initâ jurans se non amplius nociturum inimico, non obligatur inimico novam dante inimicitiaë causam.

DICO 2. *Votum ex ratione suâ magis est obligatorium, quam Juramentum* S. Th. hic Q. 89. A. 8. O.

Conclusio explicatur & probatur: Licet major sit obligatio in Juramento assertorio, ne Deus adhibeatur in testem falsi, itâ ut perjurio propriè dicto magis Deus contemnatur, quam si res voto promissa non impleatur: quia tantum subtrahitur honor Deo debitus in re, quæ non præstatur in votâ violatione, assumendo autem Deum in testem falsi honor subtrahitur Deo velut in se veraci. Attamen obligatio Juramenti promissorii, quo homini invocato Deo in testem aliquid promittitur, est minor obligatione voti: quia obligatio voti est ex fidelitate, quam Deo debemus, quam violans est perfidus, obligatio autem Juramenti promissorii est ex reverentia, ejusque violatio pertinet ad irreverentiam; majus autem peccatum est perfidia contra Deum, quam irreverentia, sicut magis agit con-

trà Dominum suum famulus negando ei fidem, quam non implendo illud, de cujus verificatione dominum in testem adduxit.

Deinde votum propinquius ad Deum velut finem ordinatur, quam Juramentum promissorium: quia votum fit Deo, Juramentum fit quidem per Deum sed homini, ità ut actus ex voto exercitus sit actus religionis, non vero opus, quod fit ex Juramento promissorio homini facto, quod addo: quia si aliquid Deo promittatur sub Juramento, est gravior obligatio, cum simul sit voti & Juramenti.

Obj. 1. Major est obligatio, qua quis simul obligatur Deo & homini, quam quâ quis obligatur soli Deo; atqui voto obligatur quis soli Deo, Juramento autem simul Deo, quem adhibuit in testem, & homini cui promisit.

R. Distinguendo Maj. major intensivè seu strictior est obligatio, quâ quis simul obligatur Deo & homini N. extensivè sive plures respiciens Con. non sufficit, quod obligatio plures terminos respiciat, sed debet esse ex altiori motivo, ut sit strictior & major intensivè.

Obj. 2. Qui non implet Juramentum promissorium, facit Deum esse testem falsi, qui vero non implet votum, tantum deserit officium debitum Deo, atqui posterius est minoris malitiæ quam prius; ergo etiam obligatio opposita est major.

R. Negando Maj. non enim violans promissionem juratam adhibet in præsentem Deum in testem, sed tantum non facit verum, quod tenetur ob reverentiam Dei verum facere, econtra violans votum honorem Dei minuit, cumque contemptui habet, fidelitatem debitam violando.

Obj. 3. Ad firmandam obligationem voti additur sæpe obligatio Juramenti, ergo hæc est firmitior.

De J

R. Cum S

mius confir

etiam uni vi

duplici capite

DICO. 3

numquamque

sibi subditis f

subduntur S.

Prima par

tum potesta

quam tamen

est dispensa

r rationabili

quam Christu

sicut supra de v

potest dispensa

de castitate, quia

obditum, un

sibi directè fac

tionem Jur

videndo inha

hoc vel illa f

etiam Jurame

nullam inducit

mittendo obl

quo casu non m

sibi superioris

multo jurata fac

quid, quâ prohi

rentiam impe

vinculum iniqu

mittendi oblig

dispensandi, qu

est competere

clericali, & quiden

R. Cum S. Th. loc. cit. ad 2. non tantum irritius confirmari per additum tanquam fortius, sed etiam uni vinculo posse addi aliud, ut aliquis ex duplici capite sit obligatus.

DICO. 3 *In Juramento dispensari potest ad unumquemque pertinet irritare Juramentum, quod à sibi subditis factum est, circa ea, quæ ejus potestati subduntur* S. Th. hic Q. 89. A. 9. O. & ad 3.

Prima pars probatur : cujus obligatio per legitimum potestatem potest tolli ex rationabili causa, ob quam tamen non cesset de se obligatio, in illo potest dispensari; atqui Juramenti obligatio potest ex rationabili causa tolli per legitimam potestatem, quam Christus dedit Petro ejusque successoribus, sicut supra de voto dictum est; ergo in Juramento potest dispensari & quidem non nisi vi potestatis Ecclesiasticæ, quia est quid spirituale potestati civili non subditum, undè circa Juramenta nihil potestas civilis directè facere potest, licet possit indirectè obligationem Juramenti impedire v. g. quempiam reddendo inhabilem ad acceptandam pactionem sub hac vel illa forma præstitam, quâ lege justè positâ etiam Juramentum hujusmodi pactioni adjectum nullam inducit obligationem, vel condonando seu remittendo obligationem, casu quo ineunda esset, quo casu non minus remittitur obligatio à potestate civili superioris, quam remitteretur ab ipso cui promissio jurata facta est, aut lege justâ prohibendo aliquid, quâ prohibitione stante indirectè ac per consequentiam impeditur Juramentum, quod nequit esse vinculum iniquitatis, sed hi modi impediendi aut remittendi obligationem non procedunt à potestate dispensandi, quæ cum sit potestas spiritualis, non potest competere magistratui sæculari, sed convenit ecclesiæ; & quidem in Juramentis soli Deo factis, licet in

alterius præsentiæ; qualia sunt Juramenta jejunandi, ingrediendi religionem, suscipiendi ordines (ea quæ in utilitatem alterius præsentis & acceptantis fiunt, dicuntur esse facta in gratiam alterius) in talibus, inquam, dispensat summus pontifex: omnis enim potestas ad Ecclesiæ gubernationem & animarum salutem necessaria eidem à Christo concessa est. Deinde si sint circà materiam, quæ, si voto promissa foret, non esset reservata, possunt in his Juramentis dispensare, aut eadem commutare omnes habentes ordinariam potestatem dispensandi in votis videlicet Episcopi & habentes quasi episcopalem jurisdictionem. An autem delegatâ potestate dispensandi in votis, etiam delegata censeatur potestas dispensandi in Juramentis soli Deo factis, controversatur, sententia affirmativa fundatur in eo, quod Juramenta soli Deo facta votis æquiparentur, ut colligitur ex cap. pervenit 3. de jurejur. in quo dictum illud: *non propositum aut promissum infringit, qui in melius illud commutat.* Indifferenter de voto & Juramento soli Deo facto intelligitur. In Juramentis in gratiam hominis factis, quibus alteri aliquid promissum est, regulariter nec summus Pontifex dispensare potest, quia cederet talis dispensatio in præjudicium tertii; Ut verò in utrisque Juramentis Ecclesiasticâ autoritate validè & licitè dispensetur, requiritur causa rationalis, eò quod juramenti relaxatio in iis, quæ Deo soli facta sunt, pertineat ad Dei gloriam & animarum salutem, in juramentis verò in gratiam hominis factis debet esse causa aliqua pertinens vel ad bonum commune vel ad privatam personam, quæ vel juravit vel cui juramentum factum est; ob bonum commune justè in juramento dispensatur, si juramenti observatio adversetur bono communi, veluti si juramentum sit de non denuntiando vel accusando

DE J
 cufando cri
 in aliqua cau
 mina detegi
 criminalia ne
 foveri inquit
 valida, vel si
 copalem juri
 & generaliter
 habent, qu
 tum est, sit li
 sicut etiam,
 teis sint addi
 bonam respicie
 ex parte pron
 licum fuit jur
 amentum,
 one juris me
 regimini Eccl
 iustitias, &
 fraude, vel me
 creditor alteri
 tam fecerit, ha
 to obligatione
 est iusta causa,
 nem relaxando
 interfit, ut in
 sum suæ iniqui
 ta, quod si m
 nihilominus fut
 jurans tali met
 cui juratum est
 nem remittere
 est, ergo etia
 di ac ita ob
 habet,

cufando crimine, vel de non testando judicialiter
 in aliqua causa : cum enim boni publici interfit, cri-
 mina detegi & puniri, judiciaque tam civilia quam
 criminalia non impediri, nec opprimi iustitiam; seu
 foveri iniquitatem; ideo talia juramenta vel sunt in-
 valida, vel si quoquo modo valeant, à quolibet epis-
 copalem jurisdictionem obtinente possunt relaxari,
 & generaliter Episcopi justam dispensandi causam
 habent, quoties dubitatur : an illud, quod jura-
 tum est, sit licitum vel illicitum, utile vel nocivum,
 sicut etiam, si juramenta contractibus à lege prohi-
 bitis sint addita ; causa rationabilis privatam per-
 sonam respiciens adest, quando adest turpitudine non
 ex parte promittentis sed ex parte illius, cui præ-
 stitum fuit juramentum, dum vel iniquè extorsit ju-
 ramentum, vel commisit delictum dignum priva-
 tione juris mediante juramento quæsitum : bono enim
 regimini Ecclesiæ convenit punire delicta, tollere
 injustitias, & fraudes removere, undè juramenta vi,
 fraude, vel metu extorta relaxari possunt : cum enim
 creditor alteri, qui in ejus favorem juravit, inju-
 riam fecerit, hancque teneatur reparare, remitten-
 do obligationem juramenti, si ipse non remittat,
 est justa causa, ut superior procuret hanc reparatio-
 nem relaxando juramentum, cum & boni publici
 interfit, ut injustè vexantes non obtineant effe-
 ctum suæ iniquitatis, neve vexati graventur sine cau-
 sa, quod si metus levis fuerit incussus, videtur
 nihilominus sufficiens dispensandi causa : quia si verè
 jurans tali metu inductus fuerit ad jurandum, alius,
 cui juratum est, tenetur in conscientia obligatio-
 nem remittere, quæ non omnino spontè suscepta
 est, ergo etiam superior Ecclesiasticus dispensan-
 di ac ità obligationem tollendi justam causam
 habet.

Secunda pars probatur : Sicut votum emissum de re, quæ alterius potestati subest, non valet nisi is consentiat, ita neque iuramentum valet, nisi ille, cui vel persona jurans absolutè vel quoad materiam iuramento promissam est subiecta, quisquis enim habet potestatem super aliqua re dominativam, potest per hanc denegare usum talis materiæ, sicque istam in tali reponere statu, ut incapax sit obligationis super eâ per alterum sibi subiectum contrahendæ, & hinc ad irritationem talis iuramenti, eodem modo sicut & voti sufficit libera voluntas illius, cuius liberæ dispositioni subdita est talis materia.

Hinc primo potest Papa irritare iuramenta de alienandis vel non alienandis rebus Ecclesiæ, de augendo canonicorum alicujus Ecclesiæ numero, de renuntiando beneficio : in his enim materiis utpote dispositioni Papæ subiectis semper censetur excepta ipsius potestas cap. venientes 19. de Jurej. ibi : *cum prædictum iuramentum vos excusare non possit, in quo debet intelligi fuis superioris exceptum.*

Secundo pari modo irritare potest Episcopus iuramenta in materiis suæ dispositioni subiectis velut de non acceptandâ præbendâ seu de non inserviendâ alicui Ecclesiæ, quod fortius militat in Prælato regulari : eo quod per votum obedientiæ voluntas religiosi sit ipsi plenè subiecta, nec quidquam absque ipsius consensu possit firmum facere.

Tertio potest uxor mariti iuramenta irritare juri suo quoad usum matrimonialem adversantia, in marito tamen ejusmodi potestas latius se extendit : cum enim marito subiecta sint non sua duntaxat sed uxoris quoque bona dotalia L. doce ancillam 9. Cod. de rei vendic. lib. 3. tit. 32. idcirco quodvis uxoris iuramentum super hujusmodi bonis factum potest à marito irritari, modo

DE J
modo respici
quo statu bon
ita dispositio
onera matrim
Cod. de jure
dos redit ad u
iuramentum v
curio differtur
verò Jramen
tum Jramen
sunt irritare ve
tractus ab ipis
Q. III. §. 1. eac
queunt,
Quarto si qui
a faciat remissio
quia corrumpit ill
iuramento con
cedam, si vero
tem, licet occa
sue iurandum
obligationem re
tem in favorem
tum substantiâ r
et hac parte cede
quantum est de
redit inhonore
non potest.

Q

Quo

DICO 1.
temptum
perjurium ex
lic. Q. 98. a. 3.

modo respiciat tempus matrimonii adhuc integri, sub quo statu bona uxoris dotalia universim solent esse subiecta dispositioni viri, utpote ipsi concessa ad sustinenda onera matrimonii L. pro oneribus 20. lib. 5. tit. 12. Cod. de jure dotium. Quia vero dissoluto matrimonio dos redit ad uxorem, hinc non potest maritus irritare juramentum uxoris super bonis dotalibus, cujus executio differtur in tempus dissoluti matrimonii. Domini verò Juramenta servorum, parentes & tutores impuberum Juramenta irritare possunt simili ratione, quâ possunt irritare vota; quia verò puberum Juramenta contractus ab ipsis initos firmant juxta dicta Disput. XXX. Q. III. §. 1. eadem à parentibus & tutoribus irritari nequeunt.

Quartò si quis de materia sibi sub Juramento promissa faciat remissionem, eo ipso cessat Juramenti obligatio quia corrumpit illius fundamentum; quod procedit de Juramento confirmante promissionem præcisè homini factam, si vero promissio quoque cederet in Dei honorem, licet occasione vel respectu hominis factum esset tale jusjurandum, non posset promissarius hujusmodi obligationem remittere, v.g. jurat quis ingredi religionem in favorem fratris, ut eidem major portio de parentum substantiâ remaneat, licet enim hoc Juramentum ex hac parte cedat in commodum hominis, attamen in quantum est de traditione sui in statu religioso faciendâ cedit inhonorem Dei & idè ab homine remitti non potest.

QUÆSTIO IV.

Quæ malitia & pœna perjurii?

DICO 1. *Perjurium de sui ratione importat contemptum Dei... unde manifestum est, quod perjurium ex sui ratione est peccatum mortale. S. Th. hic Q. 98. a. 3. Q.*

1ma Pars explicatur & probatur: Perjurium nomen latè sumptum, prout significat quodlibet Juramentum vitiosum, sed strictè acceptum est Juramentum falsum sive cui deest veritas; atqui hoc in sui ratione importat contemptum Dei: quia formalissimè Deus contemnitur, quando proponitur ut author falsitatis, cujus veritas deficere possit, sive juret verum, quod existimat falsum, sive illud, quod juratur, falsum sit & in re & in opinione jurantis.

2da Pars sequitur ex prima: Dum juratur falsum in quâcunque materiâ etiam minimâ Deus invocatur, ut testificetur falsum atqui contemptus & irreverentia, quæ Deo per hanc invocationem inferitur, est gravis; ergò quâdocunque juratur falsum, Deo gravis contemptus & irreverentia inferitur, consequenter perjurium propriè dictum semper est mortale peccatum, à quo sola imperfectio actûs non satis deliberati excusat, non verò ulla levitas materiæ, aut utilitas vel necessitas, sive metus & coactio: quia semper formaliter gravis est prohibitio, ne Deus adhibeatur scienter in testem falsi, aut sub ejus testimonio scienter negetur verum.

DICO 2. *Non sequitur, si ille, qui jurat falsum Juramento assertorio, non est infamis ipso jure sed solum per sententiam diffinitivam latam contra eum in accusatione, quod propter hoc non peccet mortaliter. Ideò autem magis reputatur infamis ipso jure qui frangit Juramentum promissorium solemniter factum: quia in ejus potestate remanet postquam juravit, ut det suo Juramento veritatem. S. Th hic Q. 98. a. 3. ad 3.*

Explicatur Conclusio: Perjurii pœna jure inflictâ est infamia juris. Quæ scilicet contracta aboleri non possit absque superioris dispensatione, sicut infamia facti tollitur per constantem criminis emendationem, sed ad hoc requiritur perjurium qualificatum, per quod scili-

DE JURAM
 scilicet violetur factum
 firmatum & de
 4.1. Cod. de tra
 17. Causa VI.
 leges infames
 perjuri; in leg
 viginti quin
 cogente impe
 putaverit e
 vel supplic
 missa; eas au
 auctore solidave
 etiam actione
 abatur infamia,
 numento, quod
 consecutus. Ex
 tentiâ ipso jure
 nario assertorio e
 infamia ex L. La
 ma lib. 3. tit. 2. J
 ubi licet repellat
 ine judiciario pro
 men ipso jure rep
 est nihilominus
 iudicio vel extra c
 videtur colligi ex C
 in quo de iis, c
 attrahenti vel q
 deni esse in perjurio
 testimonio sunt
 nota notabuntur.
 specialiter intan
 infamia tale per
 nationem Jurame
 condemnatoriâ de te

scilicet violetur fœdus & pactum humanum juramento firmatum & de quo lata fuerit sententia L. si quis major 41. Cod. de transactionibus lib. 2. tit. 6. J. Can. infames 17. Causa VI. Q. 1. ubi dicuntur infames, quos sæculi leges infames pronuntiant, & inter alios numerantur perjuri; in lege autem cit. dicitur: *Si quis major annis viginti quinque adversus pacta vel transactiones nullo cogente imperio sed libero arbitrio & voluntate confatas putaverit esse vendendum, vel interpellando judicem vel supplicando principibus, vel non implendo promissa: eas autem invocato Dei omnipotentis nomine eo auctore solidaverit: non solum notetur infamia, verum etiam actione privatus restitutâ pœnâ, quæ pactis probatur inserta, & rerum proprietate careat, & emolumento, quod ex pactione vel transactione illâ fuerit consecutus.* Ex quibus verbis latâ de tali perjurio sententiâ ipso jure perjurus infamis est. Attamen ex perjurio assertorio etiam judiciali non contrahitur ipso jure infamia ex L. Lucius 21. ff. de his qui notantur infamia lib. 3. tit. 2. J. cap. ult. de temp. ord. lib. 1. tit. 11. ubi licet repellatur ab ordine suscipiendo perjurus si ordine judiciario probatus vel alias notorius fuerit, non tamen ipso jure repellitur sed præcipitur repellendus, potest nihilominus per sententiam judicis perjurium in judicio vel extrâ commissum pœnâ infamiæ puniri, ut videtur colligi ex Can. si quis convictus 7. Caus. XXII. Q. 5. in quo de iis, qui alios ad falsa testimonia vel perjuria attrahenti vel quâcunque corruptione sollicitanti consensisse in perjurio probabuntur dicitur: *Postea ab omni testimonio sunt removendi: & secundum legem infamiâ notabuntur.* Videlicet per sententiam judicis, quæ specialiter infamiæ pœnam irroget, non verò ipso jure infamia tale perjurium comitatur, sicut comitatur violationem Juramenti promissorii secutâ sententiâ condemnatoriâ de tali perjurio. Præter infamiam hoc

modo contractam punitur perjurus deinde, quod repellatur à testimonio ferendo in iudicio ita in Can. quicquid que 18. *Caus. VI. Q. I. Quicumque sciens se pejeraverit... nunquam in testimonium recipiatur & in cap. testimonium § 4. de testibus lib. 2. tit. 20. in quo criminofus de crimine emendatus, si eum non comitetur infamia, dicitur non esse in causâ civili vel etiam cum de crimine civiliter agitur repellendus Præterquam pro reatu perjurii, quia enim perjurus extitit Deo infidus non potest erga homines esse fidelis Can. non potest 24. *Caus. II. Q. 7. unde si quis sit convictus de perjurio spontaneo & proximo nocivo, licet, si non repellatur, ipsius testimonium non sit ipso jure nullum, attamen si per sententiam repellatur & inhabilis ad testificandum declaretur, testimonium est ipso jure nullum; neque perjurus ad ullum Juramentum sibi utile vel honorificum admitteretur, licet ad illud, quod sibi onerosum est, admitti & compelli possit juxta gl. in Can. parvuli 14. *Caus. XXII. a. §. v. causa.***

Denique falsi erimen incurrit testis, qui in iudicio vel falsum dicit testimonium vel negat veritatem, unde grave damnum proximo provenit, & talis si sit Clericus, & perjurium sit gravissimum, graviterque nocivum proximo, constitutâ contra ipsum accusatione deponendus ac in monasterium ad pœnitentiam ibi peragendam recludendus est Can. si Episcopus 7. dist. L. Can. presbyter 12. dist. LXXXI. cap. cum non ab homine 10. de iudiciis lib. 2. tit. 1. quod si testis perjurans sit sæcularis puniendus est pœnâ deportationis omniaque ejus bona sunt publicanda L. 1. §. ult. ff. ad L. Corn. de fals. lib. 48. tit. 10. perjurus non quidem ipso jure & facto privatur beneficiis jam obtentis, hisce tamen privandus est per sententiam cap. querelam 10. de jurej. perjurus infamis infamiâ juris inhabilis est ad beneficia acquirenda secundum probabiliorem DD. sententiam:

De Jura
 am: quia tali
 quenda inhabi
 Q. I. An licea
 urus est falsum
 ader Ad 1. S. T
 ur aut enim ex
 ne aut exigit ja
 commissi. Et si
 rum tanquam
 ur ut August.
 sit eum jurata
 fides et fiat, non
 scatio, quia scilicet
 homo dubitas a
 illud malum de q
 vultus est, à malo
 contrarium ejus.
 videri est ille enim
 misericordens in
 mentum tanquam
 qui ordo juris ad
 culpâ, si ipse jur
 lum jurare sive ve
 sed ille ad cuius
 quo dictum liqu
 tate recipiens ab
 nentur esse Juratur
 beat hoc Jurament
 re utilitatem, imp
 d falsum jurandum
 iudicio ad instantia
 erca, modo eura
 ter ferio admon
 qua partem instanc
 Juramentum; c

tentiam: quia talis est irregularis ac ideo ad beneficia acquirenda inhabilis.

Q. I. An liceat petere Juramentum ab eo, qui juraturus est falsum vel per falsos Deos?

Respondet Ad 1. S. Th. hic a. 4. O. *Distinguendum videtur aut enim exigit Juramentum pro seipso propria sponte aut exigit Juramentum pro alio ex necessitate officii sibi commissi. Et si quidem aliquis pro se ipso exigit Juramentum tanquam persona privata distinguendum videtur ut August. dicit in sermone de perjuriis: si enim nescit eum juraturum falsum & ideo dicit jura mihi, ut fides ei fiat, non est peccatum, tamen est humana tentatio, quia scilicet procedit ex quâdam infirmitate, quâ homo dubitat alium esse verum dicturam, & hoc est illud malum de quo Dominus dicit. Matth. 5. quod amplius est, à malo est; si autem scit eum fecisse scilicet contrarium ejus, quod jurat, & cogit eum jurare, homicida est ille enim suo perjurio se interimat sed iste manum interficientis impressit. Si autem aliquis exigat Juramentum tanquam persona publica, secundum quod exigit ordo juris ad petitionem alterius, non videtur esse in culpâ, si ipse Juramentum exigat, sive sciat eum falsum jurare sive verum, quia non videtur ille exigere, sed ille ad cujus instantiam exigit hucusque S. Th. ex quo discursu liquet, quod exigens vel privatâ potestate recipiens ab eo Juramentum, quem scit vel opinatur esse Juraturum falsum ac itâ, cum possit ac debeat hoc Juramentum, ex quo nullum poterit sperare utilitatem, impedire, moraliter inducens alium ad falsum Jurandum, peccet graviter, econtra judex ex officio ad instantiam partis exigens Juramentum non peccat, modo eum, quem pejeraturum rationabiliter timet seriò admonuerit de religione Juramenti, ac apud partem instantem fortiter intercesserit, ut remittat Juramentum: quia judex tantum administrat justitiam*

tiam & habet justam causam non impediendi alterius perjurium.

Ad 2. R. Qui propter necessariam aliquam causam rationabiliter petit absolutè Juramentum ab eo, quem prævidet non aliter, quam per falsos Deos Juraturum, non peccat, quia petit rem licitam & honestam ob justam & necessariam causam, quam alter sine peccato præstare potest, licet ex propriâ malitiâ eam non sit sine peccato præstiturus v.g. si aliter publica pax vel contractus aliquis magni momenti nequeat firmari: non enim tunc alter invitatur ad jurandum per falsos Deos, sed simpliciter ad jurandum, quamvis alter sit juraturus per falsos Deos, ad quod de se paratus est, cui proinde non dat occasionem peccandi, sicut neque usurario dat occasionem peccandi ob necessitatem solvens usuras, ut suum pignus recipiat, aut latroni dans pecuniam ut vitam conservet.

Non obstat 1. Quod non liceat ab immolaturis idolis petere ut sacrificet, aut à curaturis perimagiam diabolicam petere ut curet, ergo neque à juraturis per falsos Deos licet petere ut juret.

Disparitas enim est: quod in prioribus nulla sit humanæ conversationis necessitas, sed sit communicatio cum idolis & cum dæmone, qui per magiam invocatur, in posteriore autem humanæ conversationis necessitati succurritur purè permittendo alterius peccatum.

Non obstat 2. Quod non liceat exigere aut recipere privatæ personæ Juramentum ab eo, quem novit pejuratorum; ergo neque ab eo, quem scit esse juraturum per falsos Deos.

R. enim: quod dum exigitur Juramentum ab eo, qui juraturus est per falsos Deos obtinetur bonum fidei seu fidelitatis & confirmatio veritatis, quam apprehendit jurans per falsos Deos; dum autem recipitur Juramentum

De JURA

tum à pejetatu

licet confirma

quod rational

de particeps est

curatur Jurame

bile exigens

de quo S. A.

constat jura

am rem sed ac

ciat, quod p

quod fidem

Q. 2. Quale

R. 1. Consieta

fallum; siue ne

ad quamlibet

umstantiarum &

mortaliter mala in

are, ita, ut qu

rietiam verum ju

nihilominus pe

oboluti non adh

mpandi, absolven

nceps talem conat

adhibere, tanqu

culo peccandi inc

deusaltici 23. v. 9.

hi enim casus in ill

tur iniquitate &

Cap. 27. v. 15. 2

nem capiti statuet.

1. Si ex tali consi

inadvertenter j

ob juramentum

perjurii causam

3. Consuetudo j

mentum

mentum à pejeraturo non potest obtineri finis Juramenti videlicet confirmatio veritatis, nec aliquod est bonum, ob quod rationabiliter tale malum permitti potest. Unde particeps est perjurii, sine bono obtinendo à pejeraturo Juramentum exigens, non verò ob bonum notabile exigens Juramentum à Juraturo per falsos Deos, de quo S. Aug. Epist. 154. *Qui utitur fide illius, quem constat jurasse per Deos falsos, & utitur non ad malam rem sed ad licitam & bonam, non peccato ejus se sociat, quod per damonia juravit, sed bono pacto ejus, quod fidem servavit.*

Q. 2. Quale peccatum sit consuetudo jurandi?

R. 1. Consuetudo jurandi indifferenter sive verum sive falsum; sive necessarium, sive non necessarium sit, & ad quamlibet rem etiam vilem & sine discretionem circumstantiarum & veritatis adjungendi Juramentum est mortaliter mala in eo, qui eandem non conatur extirpare, ità, ut qui ex tali consuetudine voluntariè retentà etiam verum jurat, paratus jurare licet falsum esset, nihilominus peccet, nec tales pœnitentes, si antea absoluti non adhibuerint conatum consuetudinem extirpandi, absolvendi sunt, nisi judicet Confessarius deinceps talem conatum esse adhibuturos, quem si nolint adhibere, tanquam volentes persistere in proximo periculo peccandi incapaces sunt absolutionis. Unde Ecclesiastici 23. v. 9. *Jurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illà.* v. 12. *Vir multum jurans implebitur iniquitate & non discedet à domo illius plaga* & Cap. 27. v. 15. *Loquela multum jurans horripilationem capiti statuet.*

2. Si ex tali consuetudine voluntariè retentà quis etiam inadvertenter juraret falsum, peccaret mortaliter non ob juramentum, sed ob consuetudinem voluntariam perjurii causam.

3. Consuetudo jurandi, quam habet is, qui neque

vult

vult neque solitus est falsum jurare, nec advertit ex illâ oriri periculum falsum jurandi, per se loquendo est solum venialiter mala, cum actus ex ejusmodi consuetudine procedentes non sint nisi venialiter mali, ut in præcedentibus de defectu Judicii in Juramento dictum est. Cæterum quia facilè potest illa consuetudo mortalis fieri, quia ex frequenti etiam circâ verum sine discretionem continuatâ Juratione oritur facile scandalum & contemptus Juramenti, ac practicè vix remanebit assuetus Juramenti immunis à facilitate pejerandi, sicut assuetus mendaciis etiam facilè committit mendacia perniciofa, hinc prorsus eradicanda est quævis jurandi consuetudo

Q. 3. Quid sit adjuratio?

R. Adjuratio aliquando significat actum, quo fit, ut alius juret. Ità dicit Abraham servo suo Eliezer Gen. 24. *Pone manum tuam subter femur meum, ut adjurem te* & postea subjungitur v. 9. *Juravit illi super sermone hoc*; verum prout hic Q 90. de adjuratione agit S. Th. & frequentius illâ voce utuntur scriptores Ecclesiastici, est divini nominis alteriusve rei sacræ contestatio, ad hoc, ut ejus reverentiâ is, qui adjuratur, ad aliquid agendum vel intermittendum impellatur. In hac acceptione est idem quod exorcismus & exorcista idem quod adjurator.

Q. 4. Qualiter licita sit adjuratio?

R. Dupliciter Creatura intellectualis adjurari potest vel præcipiendo & hic modus competit superioribus erga subditos, vel obsecrando & hoc modo quæcunque supposita intellectualia adjurari possunt. Uterque est licitus, si suo modo adsint Juramenti comites 1. *Veritas* imprimis ex parte ipsius rei sacræ, per cujus contestationem fiat obsecratio seu præceptio; si enim sub falforum Deorum nomine aliquid peteretur, esset idololatria. Deindè ex parte adjurantis ac ipsius rei, cujus

impe-

perandæ causa
esse intentio,
quod sub d
invanum assu
est peccatum
inis, qui adju
edicans, qui t
let elemolyt
am, sed etiam
reverentiam D
etur in velame
ut graver esse
peccatum mort
divini nominis se
ut, sit honesta &
ria quidem grav
modo, quo conti
um, ut scilicet a
me, & non ex h
ialis est, ut pass
um nomen; in h
peccare. Si hæ
ratio est honesta
& Sanctos, qu
debito fine, ut re
si fiat sub ipso div
cultum ordinatâ,
Sanctorum propri
tali in Deum reflect
te, sicut cultus B.
Q. 3. Quinam ad
1. Omnes natu
rari possunt: qu
terioribus ut à L
terioribus aliquid

impetrandæ causâ adhibetur adjuratio, debet seria & vera esse intentio, si enim vel desit animus reverà expetendi, quod sub divini numinis contestatione postulatur, invanum assumitur nomen Dei, quod saltem veniale est peccatum, vel si res quæ adjurando petitur, siue finis, qui adjurando urgetur, reverà non subsit v g. si mendicans, qui reipsâ pauper non est, per Deum expostulet eleemosynam; non modo peccatur contra iustitiam, sed etiam contra Religionem: est enim contra reverentiam Deo debitam, quod ipsius nomen invocetur in velamentum malitiæ & iniustitiæ, quod videtur graviter esse Deo injuriosum, undè probabilius est peccatum mortale. 2. *Justitia*, ut scilicet res quæ per divini nominis seu rei sacræ contestationem postulatur, sit honesta & justa, allàs fit Deo irreverentia in materia quidem gravi gravis, in materia verò levi levis, eo modo, quo contingit in Juramenti iniustitia. 3. *Judicium*, ut scilicet adjuratio fiat cum debitâ consideratione, & non ex levi duntaxat impetu, qui multis familiaris est, ut passim & sine ratione contestentur divinum nomen; in hoc tamen non videntur nisi venialiter peccare. Si hæ conditiones in adjuratione adsint, adjuratio est honesta: quia continet reverentiam ergà Deum & Sanctos, qui ob urgentem causam invocantur ex debito fine, ut res honestæ facilè obtineantur, ac ita, si fiat sub ipso divino numine vel re sacrâ, quâ in Dei cultum ordinatâ, erit actus Religionis; si verò fiat per Sanctorum propriam sanctitatem ac merita absque formali in Deum reflexione erit actus Dulix vel Hyperdulix, sicut cultus B. Virginis & Sanctorum.

Q. 5. Quinam adjurari possunt?

R. I. Omnes naturæ intellectuales, etiam ipse Deus, adjurari possunt: quia invocato divino nomine aliquid à Superioribus ut à Deo, Angelis & Sanctis peti, vel inferioribus aliquid imperari potest agendum, vel

omitten-

omittendum, ut amore vel timore Dei ad hoc impellantur; dixi inferioribus, id est subditis, quia ut aliquis imperativè adjuret, debet esse superior illius, qui hoc modo adjuratur, alias si nullam habeat præcipiendi potestatem, peccat non tantum contra Justitiam attentans constringere non subditum suo mandato, sed etiam contra virtutem religionis; quia tunc usurpat divinum nomen ad inferendum vim & injustitiam, quæ usurpatio in materia gravi est peccatum mortale juxtà dicta

2. Creaturæ non intellectuales secundum se quidem adjurari nequeunt, cum hoc vanum sit: nequit enim creatura irrationalis amore vel timore divini nominis moveri ad aliquid agendum vel omittendum, & si talis adjuratio fiat, videtur non posse excusari à peccato mortali: quia gravis est Dei irreverentia exorcismos Ecclesiæ aliaque divina verba vanè, frustrà & inutiliter rei omnino incapaci applicare; possunt tamen creaturæ irrationales adjurari vel per modum deprecationis ad Deum directæ, quod pertinet ad eos, qui faciunt miracula vel per modum compulsionis quæ refertur ad Diabolum, qui in nostra nocumenta utitur creaturis irrationalibus, & talis est modus adjurandi in Ecclesiæ exorcismis, per quos Dæmonum potestas excluditur ab irrationalibus creaturis: Deum videlicet rogando, ut divinâ suâ virtute coerceat vim Dæmonum, ne per creaturas illas nobis noceat, aut creaturarum usum nobis noxium reddat v. g. aquæ, salis &c. Dæmonibus verò per eandem virtutem jubendo, ut ab ejusmodi rebus recedant, nosque aut nostra per creaturas irrationales non lædant. An autem Ecclesiæ exorcismi effectum habeant infallibilem incertum est, probabilius videtur non esse infallibilem, sed eos exorcismos tunc esse efficaces, si religionis vel fidei
chri-

De Jus
Christianæ pro
erit Deus
Q. 79. can
Dens ip
amque nite
Q. 6. Quo
nam in exc
1. Dæm
sed coerc
do, cum
um Dei, n
rorum conte
endum; ho
ratem, amic
nissimo Dei
3. Non à qu
de ministris ac
nis, de quib
4. Debet adje
dum vel expe
ntus tantum
7. in nomine m
ecce dedi vobis
scorpiones & f
vobis nocebit
propro limites, e
non ostendat
tali & extraor
Sancti quare
olutionem & p
hinc licet e
nem imperand
tenus isto com
dum dirigat
tans elucescat
2. Theol. Schol

christianæ propagationi aut hominum salutem judicaverit Deus expedire, unde S. Aug. lib. 83. um QQ. Q. 79. *cum non cedunt his signis hujusmodi potestates, Deus ipse prohibet occultis modis, cum id iustum atque utile judicat.*

Q. 6. Quomodo liceat adjurare Dæmones & quænam in exorzizando sint observanda?

R. 1. Dæmones non debent adjurari deprecando, sed coercendo ac verborum Dei energiâ increpando, cum enim Dæmon nihil spontè faciat nisi in odium Dei, nefas esset illum vel obsecrare vel per sacrorum contestationem inducere veile ad aliquid faciendum; hoc enim pertineret ad quandam societatem, amicitiam & benevolentiam, quæ cum infensissimo Dei hoste nunquam potest esse licita.

2. Non à quovis præsumenda est talis adjuratio, sed à ministris ad hoc per institutionem Christi deputatis, de quibus in sup. Disp. XLII.

3. Debet adjuratio fieri ad Dæmonem vel coercendum vel expellendum: hanc enim potestatem Christus tantum dedit, ut patet ex illo Marci ult. v. 17. *in nomine meo Dæmonia ejicient* & Luc. 10. v. 19. *ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit*; ultrà hos ergo à Christo circumscriptos limites, cum sacra Scriptura nobis ulteriores non ostendat, non est progrediendum nisi ex speciali & extraordinario Spiritûs S. instinctu, ex quo Sancti quandoque ad specialem Dæmonum confusionem & proximorum utilitatem processerunt, hinc licet exorcistæ quidem interrogare Dæmonem imperando, tum, quod sit ipsius nomen, quatenus isto comperto adjuratio directè & specificè ad eum dirigatur, ejusque expulsio postmodum clarius elucescat; tum quæ causa extiterit sui in

energumenum hunc ingressus, ut hâc remotâ faciliùs fortè expelli queat; alia verò impertinentia vana & alteri forsan nociva ex Dæmone velle explorare graviter malum est, si vel sit periculum prodendi scelus proximi, vel gravis in fide deceptionis astu Dæmonis inducendæ, vel amicitia cujuscumque cum Dæmone ex longioribus & familiaribus sermonibus elucens argumentum inde pateat, vel si discere velit aliquid à Dæmone, præcipuè si fides certa ejus dictis adhibeatur; licet enim Dæmoni fides dari possit in iis, quæ exorcismis Ecclesiæ coactus manifestat, non tamen in iis quæ spontè prodit, vel denique si interrogetur non imperativè sed deprecativè: hoc enim est signum cujusdam amicitia; etsi vero omnis curiosa & impertinens Dæmonis interrogatio sit peccatum, attamen non videtur esse mortale peccatum, si absque deceptionis aut nocu- menti proximo inferendi periculo imperativè Dæmon de aliquo vano interrogetur: eò quod talis interrogatio non habeat perfectè rationem actus socialis.

4. Ex parte modi, quo exorcista in ejectione Dæmonis se gerat, imprimis potest condescendere Dæmoni petenti, ne in infernum relegatur neque novis cruciatibus affligatur: quia hæc petitionis acceptatio nec Deo nec proximo injuriam infert, & illâ positâ faciliùs dæmon expellitur; non tamen licet exorcistæ præcipere Dæmoni, ut egressus ab homine determinatè abeat vel in infernum nunquam indè egressurus vel in locum desertum: quia potestas à Christo Marci ult. concessa est solummodo ad imperandum Dæmonis egressum non verò ad constituendum ipsi locum, in quo debeat deinceps permanere, sed hoc Dei beneplacito est relinquendum. Deinde licita est modica afflictio v.g. flagellatio & ignominiosa tractatio energumeni ita moderata, ut potiùs in conculcationem dæmonis quam energumeni afflictionem cedat: quia tales actiones

con-

DE JU
conducere pot
enim superbiss
propter se vilip
le hoc modo o
similia molestia
et sine & prop
citra & honest
quædam medi
his ipso rum
mortet applic
is Dæmonem
eant ad expell
ocivas, quibu
m, & ideo no
bus ejiciendis
a maleficiatis ap
dæmonis ejectio
bet exorcista ac
virtute divina
res inferiores
sui corpore infi
Dæmoni, ut se
adus videretur
nis superioris i
indè ac si exor
verfos expellen
ri, ut perfectè
per hoc non
egressio, non
his principiis ne
amet ex libris e
em five adjurati
bet.

conducere possunt ad Dæmonis expulsionem, videns enim superbissimus ille Spiritus, quod energumenus propter se vilipendatur, ejusque corpus male tractetur, se hoc modo conculcari & contemni persentit, si ergo similia molestiam gravem non adferant energumeno, ex fine & propter spem expulsionis magis promovendæ licita & honesta fieri possunt. Denique potest etiam quædam medicamenta energumenis applicare modo ex his ipsorum salus non periclitetur, sed hæc non oportet applicari ex hâc intentione, quasi iis inesset virtus Dæmonem fugandi; sed ob hoc, quod vim habeant ad expellendos humores & dispositiones corpori nocivas, quibus dæmon utitur ad vexandum obsessum, & ideo non obviæ quævis sed his pravis humoribus ejiciendis accommodatæ medicinæ energumenis seu maleficiatis applicandæ sunt. In omnibus verò ad Dæmonis ejectionem directis cautelam suprâ positam debet exorcista adhibere, ut purè procedat imperativè in virtute divina Dæmonem compellendo, unde si plures inferiores cum alio superiore in eodem energumeni corpore insideant, non debet præcipere superiori Dæmoni, ut secum trahat socios suos: quia talis modus videretur continere implorationem subsidii Dæmonis superioris in expellendis inferioribus spiritibus, perindè ac si exorcismi Ecclesiæ forent insufficientes ad universos expellendos, si verò imperet Dæmoni superiori, ut perfectè exeat cum omnibus satellitibus suis, cum per hoc non illi duntaxat sed istis etiam præcipiatur egressio, non videtur fieri imploratio talis subsidii: ut his principiis non contraveniatur, nullus nisi sufficienter ex libris exorcismorum instructus exorcizationem sive adjurationem Dæmonis in obsesso suscipere debet.